



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.

Pontano, Giovanni Gioviano

Venetiis, 1518

Ad Solem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13534

LYRICI

KO

Subsident colles numerum secuti.

Nympha subnectit chores, amato

Littore Triton.

Currit exultans. cithara Palæmon,

Saltibus uirgo, celebrant recessus.

Aequor assūlat, properant citatæ ē

Monte Napeæ.

Eae procedunt duo ruris astra,

Et pedum, cantu minuunt, laborem.

Enfauent syluæ numeris canentum,

Plaudit et aura.

Accepit blande Meliseus illam,

Hanc Menalcais. e' specula propinqua

Ipsa Mergillina canit, proculq;

Saxa reclamant.

Litus o' felix, modulante Nympha,

Cui et hi montes, cui et antra, et horti,

Affonantq; arces procul, atq; ab alto al-

ludit imago.

A D S O L E M.

s Ol decus cœli, superumq; princeps,

Author et lucis, moderator anni,

Alter o' rerumq; animantiumq;

Et sator idem,

Idem et immensi maris aequor, idem

Aeris uasti spatia, et iacentis

Intimum terræ gremium fuisseq;

Et seris idem.

Omnia ex te sunt, genus omne per te

VERVS

Gignitur, crescit simul et perennat,
 Et tibi assurgunt nemora, et tibi herbæ,
 Germen et omne.
 Cuncta sed te cum uerentur unum,
 Et regas cuncta o' pater alme rerum,
 Deseris cur nam tibi dedicatum
 vulgus amantum?
 Tu choros primus, numerosq; necis,
 Primus et carmen meditare neris.
 Negligis quare tibi dedicatus
 Asper amantes?
 Et tibi est arcus, tibi sunt sagittæ,
 Et coma intonsa, et puerilis ætas.
 Despicias cur nam tibi dedicatum
 Nomen amantum?
 Te colunt primi, metuuntq; amantes,
 Et tuum primi uenerantur astrum.
 Lux enim dux est, oculi educes sunt,
 Fax et amantum.
 Quin amans primus choreas, lyramq;
 Carmen exercet quoq; primus idem,
 Nam lyra, et carmen, numeriq; amoris
 Fabula præbent.
 Doctor, et princeps choreæ, et magister
 Carminis Sol, hoc age dux amantum
 Hoc age, et curam tibi dedicatae
 suscipe gentis.
 Quiq; liquentem aera, quiq; falsum
 Aequor accendis, uitreasq; sedes,
 Ac sinus terræ grauidos, satusq;

Calfacis omnes.
Vre spernacis iuuenium puellas,
Vre diuersas ab amoris aura,
Vre & immittens animos, tuasq;
Incute flamas.

Et mihi felix ades, & proteruum
Fanniae pectus moderare, adacta
Ventilans sparsim face, dexterāq;

Lampada quassans,
Lampada, atq; illos radios, aduris
Quies & immanes Tigrides, ferumq;
Aspidum ad Syrtes genus, atq; tetras.

In mare Phocas.

ANTINIANAM NYMPHAM Inuocat
ad cantandas laudes urbis Neapolis.

V me age intactam citharam, atq; ab alto
Colle descende Antiniana in urbem,
Et nouos chordis numeros, nouumq;

Concipe carmen.

Vrbi & assurge o'dea, quam superbæ
Muniunt turres, rigat unda, subterq;
Et specus Sebethiadum sororum,

Ditat & aequor.

Antrāq; et dulces Charitum recessus,
Et sacri colles Cereri, ac Lyæo
Vestiunt hanc, et nemora, et serena

Temperat aura,
Ver et æternum, tepidiq; rores
Temperant. disq; otia grata, et almæ